

E P I S T O L A

fine summo p̄tobro totius Misnicæ nationis in Scholis doceri ac tradi non possint. *Quod erat demonstrandum.*

Tempus nunc est, ut & altera pars audiatur. Nam & illa non prorsus contemnendas habet causas, quibus contrarium fortè simplicioribus persuaderi queat. Agite igitur ô boni viri, qui mecum non colligitis, in lucem proferte vestras ingeniosè excogitatas rationes, ut illas videat ac iudicet Orbis Christianus.

1. OBJECTIO. Philippus est communis Præceptor. Ergo illius Grammatica sine ulla inquisitione aut correctione est retinenda. Quatenus Philippus vera & utilia docet, eatenus ut Præceptor audiri omninò debet. *Supra veritatem autem & ipsius Dei mandatum non est extolendus. Amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica Veritas. Neq; ipse unquam postulavit, ut tot myriades puerorum, aut ipsam illorum & Ecclesie & Reip. salutem sibi posthaberemus.* 2. Injuria magna fit Philippo & Camerario, quando illis tot ac tam crassa vitia vulgaris libri imputantur. Neq; enim illi sunt autores istius voluminis, etiamsi sub Philippi nomine ac titulo circumferatur: sed Miccyllus & aliquot Studiosi in hac Academia, ut notum est, quos tamen & Ipsos in mea Dissertatione semper excusavi. 3. Inverto hoc argumentum. Philippi & Camerarii doctrina debet prevalere: Atqui ea ipsa doctrina, quam ex Usu opt. Autorum, &

unanimes